



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 39. Oratio Juliani Cardinalis ad Bohemos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Si folo  
e præ-  
s be-  
, suis  
ffibus  
icans,  
et Co-  
poten-  
præ-  
uppli-  
errimi-  
con-  
ce su-  
erunt.  
  
tur; quippe post Zischæ obitum Ducis Sæcul. XV.  
Austriaci superavit exercitum, ac bina vi-A. C. 1433.  
ce sola sua præsentia totum Imperii robur  
in fugam vertit. Hosce Deputatos Sy-  
nodus solemniis alias Regum ac Princi-  
pum Legatis exhiberi solitis exceptit.

### §. XXXIX.

#### *Oratio Juliani Cardinalis ad Bohemos.*

Accersiti sunt hi Deputati ad Congrega-  
tionem nona Januarii habitam die præ-  
stituto, quo huic negotio initium daretur.  
Julianus Cardinalis Synodi Præses eos  
alloquebatur, prolixo sermone exaggerans  
mala, quæ ex schismate orirentur, cum-  
que sacrarum literarum peritissimus esset,  
ingenti textuum ex divino Codice de-  
promptorum apparatu comprobatum fe-  
cit, Ecclesiam Christi Salvatoris Sponsam Labbe ap-  
omnium fidelium Matrem esse, claves ligandi, pendic. I.  
atque solvendi habere, in his, quæ necessaria Conc. Basil.  
ad vitam æternam esse creduntur, errare non  
posse, qui eam contempserit, alienum, propheta-  
num, & quasi ethnicum publicanumque cen-  
fendum, eam nusquam melius, quam in gene-  
rali Concilio repræsentari, statuta Concilio-  
rum, Ecclesiæ placita existimari, quibus non  
minus, quam Evangelii credere oportet,  
cumque Concilium Basileense legitimum esset,  
Bohemos, qui se filios Ecclesiæ dicent, vo-

E 5

cem

Sæcul. XV.  
A. C. 1433

*cem Matris audire debere, extra quam non  
invenitur salus. Faceſſere jam odia deben-  
ponenda eſſe arma, audituros benigne Patri-  
quæcunque Bohemi pro ſua cauſa dicere u-  
lint, tantum parati ſint animo, nec bene co-  
ſulta Sanctæ Synodi conſilia reſpuant. Ta-  
dem orationem ſuam claudebat pathet-  
ca ad Bohemos adhortatione, qua eos, i-  
n in ſinum Ecclesiæ redire festinarent, au-  
mabat.*

§. XL.

*Reſponſum Rochiſanæ ad Cardinali  
Juliani orationem.*

*Cochl. Hift.  
Huffit. l. 6.*

**R**ochisana ex Bohemiæ Deputatis haud  
postremus, nomine fuorum ſociorum  
reſpondit: Gratias referimus Deo, quo  
nos conſolari, ac miſerationibus ſuis vi-  
tare dignatus fit, parem quoque gratitu-  
dinem exhibemus Juliano Cardinali, ab  
que universæ Synodo, quod tam bea-  
gnum erga nos, noſtroſque affectum  
tamque benevolam, ac liberalem exce-  
ptionem indulſerit; hisque ſubjunxit, om-  
nibus quidem perſuafum eſt, ex ſchisma-  
te gravifimis calamitatibus, atque enorbi-  
oriri ſcelera, quæ ab iis, qui ejusmodi  
ſcissionibus vel occaſionem præbent, vel  
illias fovent, perpetrari ſolent; in hoc ta-  
men tota rei summa vertitur, ut illi, qui  
ſchismatis auctores ſunt, in jus vocentur.

Tan-